

diversis temporibus contulit, simulque non sine cordis dolore retractans oppressionem, quam pagani nuperrime terre Ierosolymitane intulerunt, ad sublevandum tante necessitati consilio uxoris mee domine Elisabeth de camera mea, quantum dominus inspiravit, secundum facultatem meam ei commisi atque ad petitionem omnium nobilium, qui aderant, villam, que dicitur Lessan, cum hominibus ibidem consistentibus predicto hospitali dedi. — — 5

518.

Bischof Eberhard von Merseburg überläßt dem Propst Dietrich auf Bitten Markgraf Dedos die Kirche und das Archidiaconat zu Rochlitz, soweit das letztere das Allod des Markgrafen umfaßt, wogegen dieser dem Bischof die Marienkirche in Geithain und gewisse Güter zu Köttwitz und Staudnitz den Archidiaconat zu Rochlitz überläßt. — Zeugen: Die Markgrafen Dedo und Konrad. — Halle, 1186 April 29.

Hdschr.: Or. Perg. Regierungsarchiv Altenburg. S. hängt an Pergamentstreifen. Phot. H. St. A.

Gedr.: Schultes, Direct. dipl. 2,317.

Anm.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. S. 71 Anm. 3.

C. : In nomine sancte et individue trinitatis. E[brardus] divina favente clementia 15
sancte Merseburgensis | ecclesie episcopus. Omnibus Christi fidelibus et presentibus et
futuris imperpetuum gratia vobis et pax adimpleatur. Quoniam summi et boni pastoris |
vice fungimur, iustum est et rationi approximatur, ut super custodia domini stantes gregem
eius verbo exhortationis et exemplo bone | ammonitionis pascamus et fratribus et conservis
nostris viris religiosis et deum timentibus tanti laboris sarcinam nobiscum ferendam 20
imponamus. Huius rei gratia dilecto fratri nostro T[heoderico] preposito viro per omnia
laudabili curam ecclesie in Rochelitz contradimus et in toto ambitu alodii D[edonis] mar-
chionis Lusicensis archidiaconatus officium ipso marchione petente ecclesia nostra presente
investivimus. Ad cuius facti memoriam nullo temporum excursu abolendam iam dictus
marchio ecclesiam beate Marie perpetue virginis in villa superiori Chiten ecclesie nostre 25
heredum suorum assensu delegavit et omni anno talentum pro dote se daturum spondit
eo pacto, ut omnis prepositorum successio in Rochelitz de manu episcopi ipsam ecclesiam
beneficii iure accipiat et cum ipsa honorem quoque archidiaconatus episcopus preposito
porrigat. Preterea tres mansos, unum in villa Cottwiz solventem XII solidos et II mansos
Stvdiniz VIII solidos solventes ecclesie nostre marchio ad confirmationem huius facti 30
contulit. Hec itaque, que presenti pagina exarata sunt et sigillo nostro recondita, rata
manere volumus et, ne alicuius ausu temerari vel immutari debeant, in nomine patris et
filii et spiritus sancti potestate apostolorum Petri et Pauli auctoritate domini nostri summe
sedis pontificis anathemate interposito prohibemus. Huius facti et scripti testes sunt hii.
Wichimannus archiepiscopus. Ebrardus Merseburgensis episcopus. Tiedricus Nuen- 35
burgensis prepositus. Rogerus Madeburgensis prepositus. Cristianus Merseburgensis.
prepositus. Henricus prepositus de Glinde. Ulrichus decanus. Canonici Merseburgenses
Petrus. Bertoldus. Henricus. Renbote abbas. Laici. Tedo marchio. Conradus marchio
et alii quam plures. Data Hallis III. kal. mai anno dominice incarnationis MCLXXVI.

(S.)